

De presby. non bapti. L

idiomate suo nec falsa latinitas vitiat dūmodo qđ
nō faciat hoc scienter aīo inducendi nouū errorem
seu nouā formā. vt in. c. si nō sanctificat. t. c. retule
rūt. de cōse. di. iij. ¶ **Q**uēro quid si baptizans
t baptizatus intēdūt baptizare t baptizari sed cre
dunt qđ baptismus solū proslit ad salutariē corporis
t nō aīe nunqd cōferat verus baptismus. doct. qđ sic
satis enī ē qđ seruat forma tradita ab ecclesia t qđ isti
baptizare t baptizari intēdūt. Idē dicūt doct. s.
c. j. etiā si credāt qđ baptismus sit vna trufa dūmodo
vt dixi intendant baptismū cōferre qz spūssanctus
ad formā verborū inuisibiliter opatur. p hoc fac qz
cayphas pnceps iudeorū pphetizauit nō ex merito
vite sed officij pāte. j. q. j. dictum. vñ exqđ seruetur
forma tradita a deo t ab ecclia t isti credūt baptiza
re baptismus opat suū officiū. secus eēt vbi baptizās
nō intenderet baptizare vel baptizari baptismi. nā
requirit intentio vtriusqz vt no. Inno. s. c. j. inten
tio tñ patrini leuantis de fonte sacro non nocet fin
doc. hec rō pōt eē qz patrinus nō baptizat nec req
ritur ad subām baptismi vt dixi. s. c. debitū. ¶ **T**er
tūmo querit quare xp̄s voluit baptizari a Joanne
cū baptismus cōferat ad remissionē peccatorum. ip̄e
enī xp̄s nullo pctō tenebat cū fuerit pcepti sine se
mine virili. t sic nō erat in eo peccatū etiā originale
¶ **S**o. duplex prima vt impleret oēm gradū humil
tatis. tres sūt enī gradus humilitatis de quibus vi
de p gl. fi. in de. j. de reli. do. t vltimus gradus ē vt
qđ supponat se minori ita voluit xp̄s se subijcere io
anni. secūdo hoc fecit vt sanctificaret nobis aquam
de cōse. di. iij. nūq̄. hec no. in. c. p aquā. ea. di. t in
c. debitū. s. co. t ex istis habetis mām istū ti.

De presbytero nō baptizato. Rubrica.

Cliso de baptismo qz aliq sepe pmouent nō baptizari ad ordines de quib⁹ dubitari poterat vtruz eēt vere ordinari vel an deberēt baptizari merito post rubricā pcedentē subiicitur ista. s. de p̄lbytero nō baptizato. ꝛc.

Quis. *Bacue ē vel palia*
Si nō baptizatus ordinat ordinis
characterē nō recipit. ⁊ hoc sūmat
c. fi. j. eo. *Mora q̄ defectus sacri*
baptismi impedit imp̄ssionē chara-
cteris aliorū sacramētorū vbi ergo nō est baptism⁹
ibi nō est validū aliq̄ aliud sacramētū in quo ipri-
mat̄ character. ⁊ hoc q̄ baptism⁹ ē ianua aliorū
sacramētorū. vt. j. eo. c. fi. *Sed quero qualis po-*
tuit iste dephendere se nō cē baptizatus. *Sol.* forte
 fuerat exposi⁹ ⁊ credebat baptizari. nūc aut cōsta-
 bat p̄ exponentes q̄ nō fuerat baptizatus vel forte
 instante necessitate fuerat baptizatus aspersiōe sa-
 lue. vt. s. ti. pri. in. c. nō vt. ⁊ credebat a parentib⁹
 baptizatus vel quid sile. *Secūdo queris quid si*
dubitet vtrū fuerit baptizari. *So.* tam respectu ba-
 ptismi q̄ respectu ordinis poterit seruari qd̄ habet
 in. c. ij. s. ti. pri. fm̄ hosti. *Ultimo queris quid*
si iste nō vellet de nouo ordinari. dicit *3o. an. q̄ re-*

manebit laicus ⁊ licet nō deberet ꝑtrahere infimio-
nium qꝫ tacite videt vouisse continentiam. ar. in. c.
quidā. s. de cōuer. pū. tñ si ꝑheret tenet matrimo-
niū cū illud votū nō fuerit solēne ex quo vere nō re-
cipit sacrū ordinē. vñ in. c. j. de voto. li. vj. Et no. ex
hoc dicto qꝫ ad solēnizandū votū non sufficit opi. ⁊
credulitas sꝫ oportet qꝫ vere subsequatꝫ sacer ordo.
vel ingressus religionis. vñ in. d. c. j. de voto. li. vj.
Credit tñ hic do. An. istum debere cōpelli ad susci-
piendū ordines pꝑter intentionē quā semel habu-
it. qđ satis posset admitti. ar. c. qui bona agūt. xviij.
q. j. fac qđ le. ⁊ no. s. d. regu. porrectū. ⁊. c. n. j. e. vbi
taīs mandatꝫ ordinari nec reliquit ꝑꝑrie volūtati.

Apostolicam. eo qui credens se baptizatum i fide xpi decessit sine baptismo vel aliter et melius. **M**issio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum. primo ponit decisam consultationem. secundo responso. ibi vñ. quia probatur ab auctoritatibus. prima ibi. lege. secunda ibi liberum. **M**ora primo quod peccatum originale dimittit non solum in baptismo fluminis sed etiam in baptismo flaminis. s. i. spiritus sancti qui quidem baptismus flaminis ministrat omnibus habentibus christi fidem et non contententibus baptismum fluminis siue excludantur a baptismo fluminis ex necessitate ut contingit valentiniano. siue ex ignorantia probabiliter quod credebatur se esse baptizatos. **S**ecundo nota quod decedens in fide christiana presumitur adeptus seu adipisci gaudium patrie celestis intelligere vel spe. nam si presumere oppositum non oraretur per decedente. ut in. c. p. obeuntibus. xij. q. ij. **U**ltimo nota. quod p. obeuntibus etiam sacerdotibus debent deo offerri preces spales in ecclesia et missae celebrari. **S**ic nota. quod dicta Aug. sunt approbata ab ipsa ecclesia et possunt allegari cum dubitatur de efficacia sacrorum et idem de opusculis Ambrosij et aliorum doctorum ecclesie. de quibus vide text. in. c. j. de re. et v. sancto. li. vj. et xvj. di. quasi per totum. **I**n glo. j. in fi. no. glo. singulariter quod solet multum allegari. et dicitur quod baptismus fluminis. s. quo quotidie utimur prodest tam adultis quam puulis. ut in. c. maiores. j. rñso. s. ti. pxi. Baptismus flaminis. i. spiritus sancti qui inuisibiliter baptizat cor interius. ut in. c. debitum. in. fi. s. ti. proxi. et in. c. p. aqua. de cōse. di. iij. prodest adultis rñm qui in charitate et fide christiana decesserunt. non autem prodest puulis quod cum ipsi non sentiant non habent christianam fidem nec charitatem. et ideo isto baptismo potuisset precedere opus. illorum hereticorum asserentium puulis baptismum non prodesse. ut in. d. c. maiores. Baptismus sanguinis est quasi quod occidit per fidem christiana et ista fides prodest tam adultis quam puulis ex quo non recipitur baptismum fluminis. exemplum in sanctis innocentibus. latro vero in cruce non fuit baptizatus baptismo sanguinis quod non per fidem christiana sed per suo merito fuit cruci affixus fuit per baptismum baptismum fluminis propter fidem quam habuit i. christo ut in. c. fi. de pe. di. vij. **I**n gl. fi. ibi ventrem meum doleo hoc dicebat ad instar mulieris quod parit abortiuum. nam ista regeneratio spiritualis comparatur regenerationi carnali. ut in. c. debitum. s. ti. pxi. vñ iste valentinianus abortiuus erat quod non pervenit ad baptismum fluminis.

Et in si. glo. no. singularis hanc ultimā. q. glo. ex qua habes singularē limitationē. ad. l. barbarius. ff. de offi. p̄ro. et ad. s. verū. iij. q. vij. et ad. no. in. c. ad pbandū. de re iudi. et in. c. nihil. de elec. in quib⁹ iuribus no. q. cōis error seu opi. facit valere gesta. ista enī procedūt in dependentib⁹ a iurisdictione nō aut in dependentib⁹ ab ordine seu in istis sacramē talibus. in his enī attēdit veritas et non opi. facit. c. quāto. s. de p̄suc. Et quo inferit q. ordinat⁹ ab eo q. putabat ep̄s cū nō eēt nullū ordinē recipit. valēt tā mē sic gesta q. ad meriti ppter fidē. et vide bo. glo. in. c. dudū. ij. de elec. et dic. vt ibi plene no.

Enīens. Pro summa accipe. c. j. s. e. vel ad idē sic. Hō baptiza tus ordinari nō pōt et si de facto ordinetur nō recipit ordinis characterē licet credet baptiza tus. primo ponit de baptismo tradito ei qui nō fuit rite baptizatus. secūdo ibi cū q. circa ordinē. allegat. p. et cōtra. tertio ibi q. vero. diffinit. **M**ota p̄mo ex isto tex. ibi fm formā euāgelij. q. baptism⁹ habuit formā suā ab euāgelio. cū. l. xp̄us dixit aplis. Baptizate oēs gentes in noie p̄fis et filij. et. vt i. c. pe. s. ti. p̄xi. alia vero q. sūt et dicūt in baptismo fuerunt instituta ab ecclia et nō sūt de substantia baptismi sed de solennitate. vt i. c. j. et q. ibi dixi. s. ti. p̄xi. **S**ecūdo no. q. baptism⁹ nō prodest nō solū cum ex toto omittit⁹ s. etiā cū nō rite cōfert. i. nō solennit fm formā euāgelij. Ex quo infero paria eē aliquid nō fieri vel nō rite fieri sicut nullū et inutile paria iudicant. vt in. c. inter corporalia. de transla. pla. facit. tex. in. l. j. ff. q. cuiusq. vniuer. no. Et p̄ illū tex. et p̄ istū pōt argui q. si pcurator nō facit fidē de suo mādato p̄inde ē ac si nō cōparuisset. vnde potest oīs puniri tanq. cōtumar q. no. Bar. ibi et tene menti **M**ota q. sacramentū matrimoniū pōt adesse sine baptismō. p̄ hoc. c. de infidelib⁹. de cōsang. et affi. s. dic q. nō est ratū nec ista firmus sicut si p̄cessisset baptismus. vt in. c. quāto. j. de diuoz. **M**o. q. nō baptizatus accipit verū corp⁹ xp̄i si eucharistia sibi cōfert et nimirū. nā et iudas accepit corpus xp̄i. et a iudeis xp̄s passus ē. sed in sacramento vbi imprimi character serua. c. j. s. co. et q. hic dixi in si. **I**tem no. q. tres ordines fuerūt instituti in veteri lege an baptismū. et vide lat⁹. xxj. di. s. j. **I**tem no. q. non intelligit iteratū q. ambigit esse factum q. facit ad multa. et cōcor. de cōse. di. j. c. solēnitates. Ex quo inferit q. si quis nō recordat vtrū dixerit aliquā horāz diei puta tertiā vel sextā tene iterare. **I**tem si nō apparet q. ecclia fuerit cōsecrata debeat cōsecrari. et generaliter vbi actus de necessitate debet explicari si ambigitur vtrum fuerit gestus debet iterari. i. iterum geri. **U**ltimo no. q. violenta p̄sumptio pro aliquo transfert onus pbandi s̄rū in aduersariū cōcor. c. vt nostrū. vt ec. bene. **E**t no. q. cōtra violentā p̄sumptionē admittit p̄batio in cōtrariū. pro quo vide glo. l. di. ferrū. et q. dixi in. c. is q. s. spon. debet tñ p̄batio talis eē euidentissima. q. no. ar. c. q. verisile d̄ p̄sum. et l. nō ē verisile. ff. q. me. cā.

De custodia eucharistie chrisimatis et aliorum sacramentorum. // Rubrica.

In precedentib⁹ titulis visum est qualiter eucharistia cōsecrat⁹ iō merito subijcit de ipsius custodia. et q. in baptismate vtimur chrismate. vt in. c. j. de sacra vnc. et supra visum est de baptismo. iō addit hic de custodia chrisimatis et generaliter de custodia omnium aliorū sacramentorum.

Catuius. **H**oc dicit. Eucharistia et chrisma debet fideliter s̄ clauibus custodiri et cōtrariū faciētes sunt puniendi. primo statuit. scōdo rōnez submittit. tertio addit penā secunda sibi ne possit. tertia ibi. si vero. **M**ota p̄mo q. eucharistia d̄ p̄seruari in ecclia sub clauibus et cōseruatur propter necessitatē infirmoz. vt in. c. sane. s. de cele. mis. et ibi habet in quo loco d̄ cōseruari. **S**ecōdo no. q. ponēs rem sub clauib⁹ nō pōt redargui de negligentia et incauta custodia. facit p̄ istis q. recipiūt cōmodatū vel depositū. **I**tem nota puidendū s̄ sacrilegos q. cū sacro eucharistie v̄l cū chrismate sua nephanda sacrilegia p̄sumūt exerce. et cōtra tales sepe mira miracula visa sunt. de q. bus vide p̄ 30. an. sup. rubrica. de cele. missa. **I**tem no. quē puniri nō solū de negligentia cōmissa iō offi cio sed de omni delicto et dāno inde postmodū pro uenientib⁹. et sic no. q. ad delictū puniendū nō solū cōsiderat volūtas delinquentis sed et exi⁹ delicti. vñ. imputat totū id q. p̄ter volūtatē suā inde secutū ē et pro hoc bo. tex. in. l. sciam. s. qui cuz aliter. ff. ad l. aqui. vbi dicit q. si quis credēs vñ pcutere cum lapide percussit aliū tene de illa p̄cussione licet nō habuit p̄positū pcutiendi illū. **I**tem dic si quis crede bat pcutere vñ et percussit duos. et generaliter de hac materia vide q. no. in regula. imputari. de re. iur. li. vj. et subtilius p̄ Bar. in. l. diuus. ff. de sca. et p̄ hoc sit declarata glo. si. Dicit tñ Uin. hic vnūz notabile verbū q. licet in foro cōtentioso ferēs fallum testimoniū puniet de falso. et de omni dāno inde secuto tñ in foro aie solū puniet de falso testimonio licet aggrauet p̄ sequētia. et vide tu Inno. in. c. sicut dignū. de homici. vbi singulariter dixit q. in foro animenō puniet quis ad satisfactionē dāni si dānū intulit p̄ter p̄positū sed puniet de negligentia quasi vclit q. in foro aie habeat respectus ad volūtatē delinquentis. et dic vt ibi latius notatur.

Relinqui. **S**upellectilia in ecclesijs ponit non debent nisi ne cessitas urgeat. h. d. p̄mo. Ecclie debet sua vasa et vestimēta mūde tenere. hoc secundo. recitat dnos excessus s̄ quos. scōdo puidet. scōda ibi q. d̄o. **M**ota primo q. nec supellectilia aliena nec p̄pria ipsorū sacerdotū debet in ecclia reponi nisi vrgēte necessitate. **E**t ex hoc no. q. necessitate instāre pūta p̄pter metū hostiū vel incēdia repentina licite supellectilia laicorū deferunt ad eccliam. et facit h̄ in ar. q. ecclie tpe necessitatis p̄sit incastellari. i. fortificari et custodiri s̄ inimicos. de quo no. i. c. j. de im mu. eccl. **M**ota tertio q. cōcessū ex certa cā d̄ cessante cā reuocari. xvj. q. j. generaliter. **U**ltimo no. q. sordes sunt negligende etiam in vestib⁹ p̄natis